



**Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis  
Extrema Unctionis, & Ordinis

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1672**

Index Et Ordo Disputationum, Sectionum, Et Conclusionvm, Quæ in hac  
Quarta Parte continentur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](#)

INDEX ET ORDO  
DISPUTATIONUM,  
SECTIONUM,  
ET  
CONCLUSIONVM,  
Quæ in hac Quarta Parte continentur:  
DISPUTATIO VIII.  
DE MINISTRO SACRAMENTI  
PŒNITENTIAE.

SECTIO I.

D E Ministro ordinario Sacramenti  
Pœnitentia. pag. 2

Concl. I. Solus Sacerdos ex institutione Christi  
est Minister Sacramenti Pœnitentiae. *ibid.*  
Concl. II. Ad validè absolvendum, præter po-  
tentiam Clavium, requiritur aliqua Scientia  
actualis; ad licitè absolvendum tanta, quæ  
possit Confessarius plerumque discernere in-  
ter peccata & non peccata, mortalia & ve-  
nalia &c. attamen sine ea Absolutio erit va-  
lida, si reliqua adint. *pag. 10*

Concl. III. Ad validè absolvendum, præter po-  
tentiam Clavium, requiritur Jurisdictio,  
qua est vera Superioritas. *pag. 18*

Concl. IV. Jurisdictio ordinaria in totam Eccle-  
siam competit Pontifici Romano, idque jure  
divino immediate; Episcopis immediate jure  
Ecclesiastico in suam Diocesim; Parochis in  
suos Parochianos; Legatis à latere & Nun-  
tiis Apostolicis respectu populorum sue Le-  
gationis. Item Generalibus & Provincialibus  
Religionum, ac etiam Superioribus localibus  
respectivè in suos subditos. *pag. 24*

Concl. V. Dioecesani & Parochiani censentur,  
qui in Dioecesi vel Parochia habent domici-  
lium aut quasi domicilium, id est, qui habi-  
tant cum animo isthie permanendi, saltem

magnâ partē anni, vel certi in domo aut offi-  
cina conducta. Inter Religiosos veniunt No-  
vitiæ, quamvis etiam à Sacerdotibus sacerdiali-  
bus, illimitatè expositis, possint absolviri. *pag. 30*

Concl. VI. Jure communi Episcopi & alii Super-  
iores, nec non minorès Prælati exempti,  
possunt sibi eligere Confessarium, etiam præ-  
ter sui Superioris licentiam: forte ex confue-  
tudine idem possunt Parochi, & alii Sacerdo-  
tes sacerdiale; feci Sacerdotes Regulares.

Concl. VII. Peregrini, si non peregrinentur in frau-  
dem, possunt eligere quemlibet Confessarium  
publicè expositum. Similiter yagi, sed in loco,  
in quo sunt. Ignorantia proprii Sacerdotis,  
non dat jus, eligendi alienum. *pag. 33*

Concl. VIII. Ordinaria jurisdictio cessante  
officio. Exerceri potest extra proprium ter-  
ritorium. Non acquiritur ratione delicti,  
commissi in tali loco. *pag. 39*

SECTIO II.

D E Ministro Delegato. *pag. 46*

Concl. I. Quilibet Ordinarius, cuilibet Sacerdoti,  
a le distincio, aliunde non impedito, validè pro  
suis subditis delegat jurisdictionem in hoc  
foro; invalidè sibi ipsi immediatè, etiam in fu-  
turum, cùm officio defungetur. *ibid.*

A 2

Concl. II.

# INDEX

- Concl. II.** Pontifex delegavit Religiosis Mendicantibus, ab Episcopo approbatis, jurisdictionem absolvendi quoscumque fideles, absque alia licentia Episcopi vel Parochi. Per Confessionem, cis factam, impletur preceptum annum. pag. 49
- Concl. III.** Jurisdictionem accipit ab Ecclesia quisvis Sacerdos (dummodo excommunicatus vitandus, aut suspensus non sit) in venialia & mortalia ante confessa. pag. 53
- Concl. IV.** Quilibet Sacerdos, etiam haereticus, suspensus, excommunicatus aut degradatus vitandus, in articulo seu periculo mortis, jure dumtaxat Ecclesiastico, potest absolvere ab omnibus peccatis & censuris, Sacramento obstantibus, & casibus reservatis à jure vel homine, praesertim in absentia Ordinarii; quidni etiam in praesentia? pag. 58
- Concl. V.** Existente titulo colorato, cum errore communi, Ecclesia supplet defectum in singulis actibus: peccat tamen, ita scienter absolvens; uti & penitens, ab illo Absolutionem petens, quando adest alius Confessarius, vel deest justa confitendi causa. Confetur eadem Ecclesia supplerre defectum jurisdictionis, ex communi DD. opinione probabilis; neque peccat ita absolvens; aut penitens, petens ab illo Absolutionem, estò adit alius Confessarius, & deest justa causa confitendi. pag. 71
- Concl. VI.** Acquiritur jurisdictione per consuetudinem absolvendi toleratam; scilicet per ratihabitionem aut consensum solum presumptum de futuro. pag. 78
- Concl. VII.** Ut valeat Absolutio debet praecedere aliqua notitia delegationis. pag. 83
- Concl. VIII.** Confessione nondum inchoata, expirat delegatio tempore & revocatione; scilicet morte delegantis: si fuerit inchoata, nequidem expirat tempore aut revocatione. pag. 87
- Concl. IX.** Delegatus subdelegare non potest, nisi in certis circumstantiis. pag. 95

## SECTIO III.

### **D**E approbatione Ministri. p. 98

- Concl. I.** Approbatio est authentica declaratio de aptitudine Ministri. An ad eam requiratur aliquid iudicium internum, non latet constat. Validè fit verbo, nutu, scripto, etiam cum pro approbatione aut scriptura aliquid illicite accipitur. pag. 99
- Concl. II.** Nullus, etiam Regularis, validè absolvit sacerdotem, etiam Sacerdotem, non obstantibus privilegiis & consuetudine, etiam immemorabili, nisi sit ab Episcopo approbatus, vel habeat parochiale beneficium, quale non est Prälatura Regularis. In absolvente

Religiosum, etiam sacerdoti, non requiritur talis approbatio, vel beneficium. pag. 102

**Concl. III.** Actu obtinens beneficium parochiale (habuisse non sufficit) potest à quolibet eligi per Jubilæum vel Bullam Cruciatæ, absque ulteriori approbatione, etiam extra proprium Episcopatum. Approbatus pro certo genere personarum, v. g. virorum, non potest ab aliis eligi; si pro uno loco, nequit eligi à subditis alterius loci. pag. 111

**Concl. IV.** Religiosus absque licentia Prælatorum obtinens approbationem, vel etiam jurisdictionem ab Episcopo, invitus Prælati invalidè absolvit, etiam sacerdotes. pag. 116

**Concl. V.** Ut Sacerdos ubique gentium posset audire Confessiones, olim sufficiebat legitima approbatio cuiuscumque Episcopi. Sed hodie videtur requiri approbatio Episcopi Diocesani. pag. 121

**Concl. VI.** Potest Regularis ex rationabilis causa approbari pro certo tantum loco, vel tempore, aut genere personarum. In una Diocesi semel absolute approbatus, nequit ibidem, nisi nova supervenientia causa, qua ipsas Confessiones concernat, per approbantem re-examinari & reprobari; & reprobatio altera facta est invalida. pag. 131

**Concl. VII.** Si prævio examine approbatio iniurie denegetur, sacerdotalis invalidè absolvit; ut & Regularis. pag. 141

## SECTIO IV.

### DE Reservatione Casuum. p. 151

**Concl. I.** Datur in Ecclesia potestas reservandi casus, ita ut inferiores Sacerdotes non possint validè ab illis absolvere, extra articulum mortis. Competit Pontifici respectu Episcoporum, & Episcopis respectu Parochorum, alioque Prælati habitibus similem jurisdictionem respectu subditorum. ibid.

**Concl. II.** Nimia reservatio semper est illicita, subinde etiam invalida; v. g. si Episcopus tot casus reservet, ut Parochus munere suo fungi non possit. pag. 154

**Concl. III.** Prælatus Regularis, sine Capitulo Generali vel Provinciali, solum undecim causas potest, non debet, reservare; forte neque pluribus censuram reservatam apponere. Licitè tamen determinat certas potestias pro quibusdam gravioribus peccatis, à Confessariis imponendas. Caveat autem, ne Confessiones subditorum audiat, nisi quando aliquid peccatum reservatum admirerint; aut ipsimet subditus sponte, ac proprio motu id petierint ab eo. Si negaverit potestatem reveratorum in casu particulari, poterit Confessarius pro illa vice absolvere, si judicet debere concedi. pag. 158

**Concl. IV.** Reservatio Prælatorum Regularium con-

## DISPUTATIONUM.

concernit etiam Novitios, sed tantum in ordine ad Confessarium Regularium, eidem Prae-  
lato (subjectum). Potest esse pro uno loco, &  
non pro alio. Si Capitulum solum consentiat  
in reservationem peccati certi, Praelatus ne-  
quit reservare peccatum dubium. pag. 163

Concl. V. Jure scripto nullum est peccatum Epis-  
copis propriè reservatum, excepta procura-  
tione abortus. Casus alios alibi hi sibi refer-  
vant. pag. 166

Concl. VI. Refervantur peccata eorum, qui in  
hoc foro sublunt reservanti, etiam impuber-  
um, quando reservatio non est penalis.  
Quando est penalis, ab his non incurritur.  
Sed neque à pubere, qui ignorat invincibiliter  
prohibitionem Ecclesiæ circa aliquod deli-  
ctum, in cuius penam imponitur reservatio.

pag. 169

Concl. VII. Reservari possunt, per se loquendo,  
peccata venialia, & mortalia alias confessa,  
etiam merè interna; de facto tamen solum  
refervantur interna, quæ prodeunt in actum  
externum, per se mortalem, alias non con-  
fessa. pag. 172

Concl. VIII. De facto non refervantur peccata  
dubia; neque certa, non consummata in suo  
generi, nisi aliud exprimatur. pag. 177

Concl. IX. Sola censura reservari potest, uti &  
solum peccatum: attamen à Pontifice ordinariè non refervatur peccatum sine censura;  
qua proinde non contracta, vel sublatâ, non  
contrahitur, vel aufertur reservatio peccati.  
pag. 183

## SECTIO V.

**D**E Ministro Absolutionis à peccatis  
reservatis. pag. 189

Concl. I. Potestate ordinariæ absolvit à peccatis  
reservatis reservans, ejus Superior, ac Successor, &c, si quis est alius, cui potestate absolu-  
vendi ratione offici data est. ibid.

Concl. II. Episcopus potest absolvit à suo Confes-  
sario ab omnibus illis casibus, à quibus ipse  
licet absolvit suos subditos. Consimiliter Su-  
perior Regularis, nisi specialiter id ei sit pro-  
hibitum. Ut etiam confiteri extra Ordinem,  
& suis subditis dare illam potestatem. pag. 193

Concl. III. Vagus & peregrinus subjacent reser-  
vationi Episcopi, cujus subditis confitentur.  
Peregrinus exemptus est à reservatione pro-  
prii Episcopi, saltem quando non sit in fra-  
udem. pag. 198

Concl. IV. Superior sine urgenti necessitate ille-  
citat audit iusta peccata reservata, & ab istud  
sacramentaliter absolvit, remittens poenitentem  
pro aliis ad inferiorem. Absolutus non  
tenetur iteratò confiteri reservata inferiori.  
pag. 200

Concl. V. Qui habet jurisdictionem in reservata  
(nisi tantum habeat sub conditione valida  
Confessionis) tollit reservationem à peccatis  
confitentis per Absolucionem invalidam. pag. 203

Concl. VI. Qui habet iurisdictionem in reservata,  
tollit reservationem à peccatis, inculpabiliter  
omissis, per validam absolutionem à peccatis  
non reservatis. Quod magis verum est de  
omissis tempore Jubilæi, etiò potesta poenitentis  
illud non lucretur. pag. 208

Concl. VII. Concilium Tridentinum concessit  
Episcopis potestatem absolvendi in foro con-  
scientie à quidcumque casibus occultis,  
etiam scilicet Apostolicæ reservatis, delinquentes  
quocumque sibi subditos, in Diœcesi sua  
per seipso aut Vicarium ad id specialiter de-  
putandum: sed ab hæreti occulta tantum per  
sc. pag. 217

Concl. VIII. Potestas absolvendi à casibus occul-  
tis, concessa Episcopis per Trident. sess. 24.  
de Refor. e. 6. Aliquis visiter non esse re-  
vocata quoad haeretici. Extenditur ad casus  
post Trident. Papæ elevatos. pag. 220

Concl. IX. Utitur hac potestate Episcopus non  
Sacerdos, legitimè electus & confirmatus, in  
cujus Diœcensi aliquando Tridentinum fuit  
receptum, quāvis in aliquibus jam illi sit  
derogatum. Ea absolvit quocumque sibi  
subditos, in sua Diœcensi. Ignoti etiam adven-  
nas & peregrinos, quādū in Diœcensi sua  
morantur. Quidam etiam Religiosos, si legi-  
mē se illi subjiciant? pag. 224

Concl. X. Subditos quoad domicilium absolvit  
Episcopus à casibus occultis extra propriam  
Diœcensem. pag. 230

Concl. XI. Episcopi absolvunt à quibuscumque  
casibus Papalibus, habentibus excommunicati-  
onem annexam, eos, qui ob impedimentum,  
etiam tantum temporale, Pontificem, vel ab  
eo delegatum, adire nequeunt; dummodo ju-  
rent, exceptis impuberibus, quod cessante  
impedimento se illi sicut, relapsi alias in  
candem censuram. An autem hoc debet, aut  
possit extendi ad reservata alii Praelatis, incer-  
tum est. pag. 232

Concl. XII. Confessarii Regularium possunt ab-  
solvere seculares à casibus Papæ reservatis,  
exceptis contentis in Bulla Cœna. Nequeunt  
ab solvare à casibus Episcopis reservatis, non  
obtentia ad Episcoporum facultate. pag. 240

Concl. XIII. Potestas Mendicantium, absolvendi  
à peccatis reservatis, non revocatur per Ju-  
bilatum, aut Bullam Cruciarum. pag. 248

Concl. XIV. Non est mens Pontificis, ut Mendicantes  
virtute Bullæ Cruciarum elegant Confessarium,  
vel absolvantur à peccatis reservatis, absque licentia suorum Superiorum.  
pag. 251

Concl. XV. Petitanam licentiam, ut subditus ab-  
solvatur à reservatis, valide semper, subinde  
etiam licet negat Superior; iuste, si sub-  
ditus

M U N I C I P I U M D A E X T I S I C

S E C T I O N I V .

datus rationabiliter timeat, ab eo sibi inferendum aliquod damnum, extrinsecum Confessioni.

*Pag. 257*

**Concl. XVI.** Petens a Praelato omnem ejus auctoritatem, pro omnibus peccatis reservatis, pro uno suo iubido, pro una vice, & ipse in concessa facultate includitur. Extenditurque ad peccata, commissa post concessionem, vel ob confidentiam, nisi aliud constet de mente Pralati.

*Pag. 263*

D E Effectu Sigilli.

*P. 299*

**Concl. I.** Confessarius potest uti scientia praecedente vel consequente Confessionem, dummodo propter hanc non addat aliquam certitudinem vel circumstantiam. Similiter referre peccatum, non nominando personam, quando nullum est periculum, deveniendi in notitiam persona.

*Pag. 300*

**Concl. II.** Caveat sibi Sacerdos referre peccatum, quod ex paucis poenitentibus auditur. Et ne dixerit, penitentem esse talis Religionis vel Monasterii; aut in tali Civitate, maximè si non est ampla, regnare sodomitam, usuram &c. Possent etiam occurrere tales circumstantiae, ut dicendo: *Talis mibi hodie confessus est, frangeretur sigillum.*

*Pag. 303*

**Concl. III.** Interrogatus de peccato confessio, quamcumque restrictione addita, licet affirmat, etiam cum juramento, se nescire. Interrogatus, an palem absolverit, si non absolvit, dicat, se functum fuisse suo officio, vel, *Quid ad te?* Poterit tali casu schedulam Confessionis negare penitenti; & si est peccator publicus, etiam Communione.

*Pag. 306*

**Concl. IV.** Confessarius nequit revelare penitentiam extraordinariam. Poteat dicere de pueri, de quo dubitatur, an sit capax usus rationis, sibi confessum peccata venialia. Caveat autem omnis: ne, dum duos tantum aut tres audivit, unum designando dicat: *Hic solus Confessus fuit venialis.* Similiter ne dicat penitentem fuisse confessum nova peccata venialia.

*Pag. 313*

**Concl. V.** Non solvitur sigillum per expressum confessum penitentis, nedum per presumptum.

*Pag. 315*

**Concl. VI.** Licitum est de peccatis, dictis in praecedenti Confessione, agere in sequenti, quando penitens solet talem Confessarium frequentare; praesertim si confiteatur circumstantiam pertinentem ad priora peccata. Item post Absolutionem, si danda est penitentia, potest simul per modum remedii aliquid injungi in quo peccati fiat mentio. Ut admonetur extra Confessionem de defectu, commissio in Confessione, non sufficit licentia petitio, & non obtenta.

*Pag. 320*

**Concl. VII.** Usus scientiae sacramentalis, non ingratius penitenti (v.g. offensio vultus benignioris, declinatio infidiarum, studium casuum conscientiae &c.) licet, secluso periculo revelationis.

*Pag. 325*

**Concl. VIII.** Aliquando licet ex scientia Confessionis, declinare consortium, excommunicati, amovere indignum ab officio, negare indigno suffragium, Sacramentum &c. Numquam licet punire in corpore, privare beneficio vel

S E C T I O N I V .

D E Sigillo Confessionis.

*P. 267*

**Concl. I.** Supposita institutione & necessitate Sacramenti, obligatio sigilli oritur ex jure divino, quodammodo naturali.

*Ibid.*

**Concl. II.** Sigillum oritur ex omni Confessione, quam Penitens prudenter vult esse sacramentale; etiam solùm inchoata vel sacrilega, sive defectu doloris in confiteente, sive Sacerdoti, vel jurisdictionis in absolvente. Non oritur ex ea, in qua peccatum solùm narratur ab irridente Confessarium, aut ad peccatum pelliciente, vel etiam causâ consili, ad Confessionem non necessarii.

*Pag. 276*

**Concl. III.** Sigillo Confessionis obligantur Confessarius, Interpres, Internuntius, Confiliarius, & Praelatus, a quo justè petitur venia absolvendi a reservatis; immo quicumque per Confessarium justè vel injustè, aut casu transiens, vel malitiosè auscultans, venit in notitiam peccatorum; secus qui absque necessitate audiunt ex libera voluntate penitentis, v.g. publicè confitentis, vel peccata sua in charta describentis.

*Pag. 279*

**Concl. IV.** Cadunt sub sigillum directè, mortalia in genere vel specie: venialia autem solùm quoad speciem, frequentiam, & numerum; etiam publica, & illa, quæ penitus dubius, vel formidans, narrat ut peccata, cum talia non sint.

*Pag. 291*

**Concl. V.** Indirectè cadunt sub sigillum omnes circumstantiae odiosæ, quæ conductunt, saltem ex judicio penitentis, ad peccati manifestationem; ut imperfectiones naturales vel morales, occasiones peccatorum, peccatum complicis, & quæcumque aliena, ex sola Confessione cognita. Item peccatum à penitente committendum, dummodo propositum illud sacramentaliter confiteatur.

*Pag. 293*

**Concl. VI.** Circumstantiae non odiosæ, ut nomen, patria, dignitas, status; & odiosa sine ordine ad peccatum expositæ; similiter virtutes, aut revelationes, non sunt per se loquendo materia sigilli.

*Pag. 298*

## DISPUTATIONUM.

vel officio, ad quod jam habet jus acquisitum  
etc. pag. 332

### SECTIO VIII.

**D**E quibusdam aliis obligationibus  
Confessariorum. pag. 347

**C**oncl. I. Parochus requisitus tenetur ex justitia, per se vel alium, subditorum Confessiones exipere, seme vel pluries in anno, pro eorum multitudine, necessitate & annuo stipendo. ibid.

**C**oncl. II. Parochus in gravi necessitate tenetur ex justitia audire Confessiones subditorum, per se vel per alium, cum periculo vita. Qui non est Parochus, solum in extrema necessitate ex charitate. pag. 351

**C**oncl. III. Rogandus est poenitens, quando aliqua peccata prætermittit, etiam inculpabiliter. Si rogatus neget, nisi evidenter constet de contrario, debet absolviri. pag. 354

**C**oncl. IV. Ignorantiam vincibilem semper, invincibilem tunc tenetur Confessarius auferre, quando ex scientia non sequitur majus incommodum: pag. 359

**C**oncl. V. Confessarius, auditâ Confessione, tenetur sequi sententiam poenitentis, si vere probabilis est. Parochus etiam ante Confessionem. pag. 371

**C**oncl. VI. Confessarius, qui cum culpa, vel sine culpa, invalide absolvit, defectu jurisdictionis, aut intentionis, non potest obtentâ jurisdictione, vel mutata intentione, in absentia absolvere: debet autem poenitentem monere de defectu commisso, quando potest sine gravi respectivè incommodo. pag. 373

**C**oncl. VII. Confessarius, qui suâ culpâ non admonuit poenitentem debitâ restitutionis, non tenetur restituere, et si sit proprius Pastor. Tenerit admonere, quando potest sine gravi respectivè incommodo. Qui autem suât non restitutionem (et si non sit proprius Pastor) restituet in defectum poenitentis, nisi tempestivè & efficaciter revocet suum consilium. Non sati s examinavit numerum, speciem &c. peccatorum, examines si redeat ad Confessionem, nisi aliquid obstat. pag. 381

**C**oncl. VIII. Confessarius ex auditâ Confessione non contrahit specialem obligationem, seu cognitionem aliquam spiritualem, que inducat in peccato carnali cum poenitente, malitiam, necessariò confitendam. pag. 391



### SECTIO IX.

A 4 DISPV-

DISPUTATIONUM.

similiter secundum etiam in libro  
de confessione, et in libro de  
penitentiâ.

DISPUTATIO IX.  
DE SACRAMENTO  
EXTREMÆ VNCTIONIS.

## SECTIO I.

**D**E Institutione & Materia Extremæ Unctionis. p.400

**Concl. I.** Extrema Unctio est verum & proprium Sacramentum novæ Legis, immediate à Christo institutum (incertum quo tempore) per Jacobum autem promulgatum. *ibid.*

**Concl. II.** Materia essentialis remota Extremæ Unctionis est oleum olivæ, per Episcopum, vel alium Sacerdotem, cui committi poterit, benedictum. *pag. 406*

**Concl. III.** Oleum infirmorum debet esse simplex, non mixtum balsamo aut alio liquore; incertum, an sufficeret Chrisma Confirmationis. Renovandum est quotannis, vetere cremato in lampade ante V. Sacramentum: attamen veteri uti potest, qui novum nondum accipere potuit. Non benedictum in minori quantitate validè miscetur benedictum. *pag. 412*

**Concl. IV.** Materia proxima Exeremæ Unctionis est unctio, ex consuetudine facienda in formam Crucis. Probabiliter valet unica in quacunque corporis parte. Ex præcepto requiruntur quinque, in quinque determinatis partibus, oculis, auribus, naribus, ore, & manibus. *pag. 415*

**Concl. V.** Singulæ unctiones cum formis sibi correspondentibus, statim atque exhibitæ, causant distinctas gratias partiales. *pag. 421*

## SECTIO II.

**D**E Forma & Effectu Extremæ Unctionis. p.426

**Concl. I.** Forma ordinaria Extremæ Unctionis est deprecativa. Prolata indicativæ, quidni valeat? *ibid.*

**Concl. II.** Non est de necessitate Sacramenti, quod distinet & expresse nominetur oleum: forte nec unctio exprimenda, minus pars corporis, quæ inungitur. *pag. 429*

**Concl. III.** Effectus speciales Extremæ Unctionis sunt, remissio delictorum, auxilium actuale contra molestias morbi & tentationes, remissio peccarum, ac denique sanitas corporalis interdum, ubi saluti animæ expedient. *pag. 432*

## SECTIO III.

**D**E Ministro & Subjecto Extremæ Unctionis. p.438

**Concl. I.** Minister necessitate Sacramenti est solus Sacerdos: ex præcepto Ecclesiæ Parochus, vel ab eo delegatus. *ibid.*

**Concl. II.** Sacerdos excommunicatus aut suspensus, etiam non toleratus, validè inungit; illicitè extra necessitatem. *pag. 444*

**Concl. III.** Ordinariè unus, in necessitate simul, & successivè plures possunt ministrare hoc Sacramentum eidem infirmo, in eadem infirmitate. *pag. 448*

**Concl. IV.** Inungendus solus fidelis infirmus, de cuius morte timetur. *pag. 451*

**Concl. V.** Non potest inungi infirmus, de quo nequit præsumi, quod aliquando peccaverit actualiter. Igitur neque puer carens usu rationis, neque perpetuò anens. *pag. 455*

**Concl. VI.** Ex generali Ecclesiæ consuetudine observandum est, ut si tempus & infirmi conditio permittat, ante Extremam Unctionem, Poenitentia & Eucharistia Sacraamenta infirmis præbeatur. *pag. 461*

**Concl. VII.** Infirmus in periculo mortis moraliter uno, non nisi semel; in diversis moraliter, sæpius potest inungi. *pag. 464*

**Concl. VIII.** Per se loquendo non est gravis obligatio suscipiendo hoc Sacramentum; tametsi sit gravis obligatio dandi, quando justè petitur a Parocho. *pag. 466*

DISPU-

## DISPV TATION V M.

# DISPV TATIO X. DE SACRAMENTO ORDINIS.

### SECTIO I.

#### D E Institutione & Essentia Sacra- menti Ordinis.

p.476

Concl. I. In Ecclesia extat verum Ordinis Sacra-  
mentum. *ibid.*

Concl. II. Sacramentum Ordinis non consistit in  
potestate spirituali; sed est institutio aliquius  
in gradu Ecclesiae præminentis, cui convenit  
aliquid ministerium circa Eucharistiam exhiben-  
dum. *pag.497*

Concl. III. Septem ad minus sunt Ordines in Ec-  
clesia; tres majores, Sacerdotium, Diaconatu-  
s, Subdiaconatus; & minores quatuor,  
Acolytus, Exorcistatus, Lectoratus, Ostia-  
riatus. *pag.481*

Concl. IV. Prima Tonsura, & officium Cantoris,  
non sunt veri Ordines. *pag.483*

Concl. V. Omnes veri Ordines à Christo sunt  
instituti, & probabilius Sacraenta. *pag.487*

Concl. VI. Singuli Ordines imprimunt proprios  
characteres, tamen subordinatos, saltem ac-  
cidentaliter. *pag.497*

Concl. VII. Sacerdotium est duplex partiale Sa-  
cramentum, & duplice imprimunt charac-  
tem, cum essentiali dependentia posterioris à  
priori. *pag.501*

Concl. VIII. Episcopatus est Ordo distinctus à  
Sacerdotio, eoque ignobilior; cum quo tamen  
stat, Episcopos Sacerdotibus esse superiores.  
*pag.508*

Concl. IX. Haud omnino improbabiliter, sicut  
Episcopatus ad sui valorem non prærequitur  
Confirmationem aut Diaconatum, sic nec  
Sacerdotium; ita ut Episcopus non Sacerdos  
valide ordinaret alium in Sacerdotem, sicut  
valide non confirmatus confirmat, & non  
baptizatus baptizat. *pag.515*

### SECTIO II.

#### D E Materia & Forma Ordinatio- nis.

p.521

Concl. I. Materia Ordinationis, à Christo assig-  
nata, est signum sensibile reale, repræsentans  
gradum conferendum; forma, ejusdem gra-

dūs signum vocale. Determinatio in indivi-  
duo relicta est Ecclesia. *pag.522*

Concl. II. Ecclesia Græca utitur solā impositione  
manuum, cum his verbis: *Divina gratia &c.*

Ecclesia Latina utitur traditione instrumen-  
torum, ad ministerium Ordinis pertinentium,

cum his verbis: *Accipe potestatem &c.* *pag.524*

Concl. III. Ecclesia Latina utitur in Diaconatu  
etiam manuum impositione. *pag.533*

Concl. IV. Ecclesia Latina utitur in Sacerdotio

etiam manuum impositione. *pag.537*

Concl. V. Ordinatio Sacerdotis, deficiente vino  
in calice porrecto, aut hostia in patena, est  
invalida. *pag.543*

Concl. VI. Ecclesia Latina in consecratione Epi-  
scopi pro materia Sacramentali utitur ma-  
nuum impositione. Fortè etiam impositione  
libri Evangeliorum, & unctione capitis ac  
manuum. *pag.546*

Concl. VII. Non requiritur ad valorem Ordinis  
Physicus contactus instrumentorum. Re-  
quiritur ex præcepto Ecclesiæ. *pag.552*

### SECTIO III.

#### D E Ministro Ordinationis.

p.558

Concl. I. Ordinarius Minister Sacramenti Ordinis  
est solus Episcopus. *ibid.*

Concl. II. Omnis Episcopus, etiam excommuni-  
catus, suspensus, hæreticus, degradatus, validè  
ordinat. *pag.563*

Concl. III. Ad Ordinationem Episcopalem tres  
Episcopi adhibendi sunt, saltem necessitate  
præcepti; an etiam necessitate Sacramenti,  
sub judice lis est; ad ceteros Ordines sufficit  
unus. *pag.568*

Concl. IV. Extraordinarius minister pro minori-  
bus Ordinibus, fortè etiam pro majoribus  
Subdiaconatu, & Diaconatu, ex commissione  
Papæ potest esse simplex Sacerdos. Quod  
possit conferre Sacerdotium, ex nullo antiqui-  
tatis vestigio constat. *pag.576*

Concl. V. Episcopus ordinans debet esse proprius  
ordinandi ratione nativitatis, beneficii vel do-  
miciлии, nisi fuerit per triennium Episcopo fa-  
miliaris, & beneficium statim reipsa illi con-  
ferata.

## INDEX DISPUTAT.

- ferat. Interim Ordo collatus ab alieno tenet. pag. 584
- Concl. VI.** Episcopus proprius, per se loquendo, potest Clericis secularibus, sibi subditis, concedere literas dimissorias. pag. 595
- Concl. VII.** Clericus Regularis exemptus promoveri potest ab Episcopo, in cuius Diocesi degit, vel ab alio; præcedentibus tamen literis dimissoriis sui Superioris, ad quem, & non ad Episcopum, spectat eas dare. pag. 602
- SECTIO IV.**
- D E Subiecto Ordinationis.** p. 611
- Concl. I.** Ad validam susceptionem Ordinum prærequisitur Baptismus; secùs Confirmatio. ibid.
- Concl. II.** Solus Vir est jure Divino capax Sacramenti Ordinis. pag. 612
- Concl. III.** Omnis Vir jure Divino est capax Sacramenti Ordinis. pag. 617
- Concl. IV.** Jure novo Conc. Trident. ad Subdiaconatum requiritur annus 22. ad Diaconatum 23. ad Presbyteratum 25. Sufficiunt isti anni inchoati. pag. 620
- Concl. V.** In ordinandis requiritur probitas morum, & sufficientia literarum. pag. 628
- Concl. VI.** Ad licite recipiendos maiores Ordines, requiritur titulus congruæ sustentationis. pag. 635
- Concl. VII.** Ordines conferri, & suscipi debent certis anni temporibus. pag. 651
- Concl. VIII.** Ordines conferri, & suscipi debent,
- se i vatis certis temporum interstiiis ac intervallis ab uno ad alium Ordinem. pag. 657

## SECTIO V.

### D E Continentia sacris Ordinibus annexa.

pag. 665

- Concl. I.** Minoribus Ordinibus, sicut & primæ Tonsuræ, non est annexa simpliciter obligatio continentia. ibid.
- Concl. II.** Obligatio perpetuae continentiae non annexatur majoribus seu sacris Ordinibus jure divino. pag. 669
- Concl. III.** Obligatio perpetuae continentiae annexa fuit Ordinibus sacris jure Ecclesiastico à temporibus Apostolorum, tam in Ecclesia Græca, quam Latina; & annexa manet in Ecclesia Latina. Græci licet utuntur Matrimonio, antea contrado; illicet contrahunt post Ordinationem. pag. 673
- Concl. IV.** Piè & convenienter sacris Ordinibus annexa fuit obligatio continentiae. pag. 680
- Concl. V.** Continentia est annexa sacris Ordinibus immediate ex precepto Ecclesie; non autem ex voto, nisi in casu particulari. pag. 687

- Concl. VI.** Obligatio continentiae non extendit se ad invalidè ordinatum, uti nec ad ordinatum ante usum rationis, nisi post usum rationis Ordinem suscepimus ratificet. Quod debeat ratificare post annos pubertatis non satis constat. pag. 694
- Concl. VII.** Incertum est, an obligatio continentiae extendatur ad ordinatum vi aut metu gravi injustè ad hoc incusso. pag. 702

FINIS



FACUL-